

## Aduertencias para

qui merito a sua Religione esset ad maiora  
sublimand⁹: vel forsitan talis esset, cui conue-  
niret pro sua salute egredi locum. Cuius ho-  
norem seruans Prelatus, cantè a loco ejicit,  
**Q**uod tamen facere non posset, nisi forsitan  
subditi famam ledendo. Item is, qui curam  
animatorum exercet, peioris esset conditionis,  
quam omnes Layci sui Ordinis, & quam om-  
nes Inuenes, & quam alij curam prefatam nō  
exercentes, quoniam subijceretur Episcopo  
in prefatis, & etiam suo Prelato, alij autem so-  
li Prelato. Deinde forsitan daretur occasio ali-  
quibus Fratribus remanendi in aliquo loco;  
in preiudicium animatorum suarum, utpote  
quia ibi forte non fideliter curant animas;  
quod scit Prelatus suus, & Episcopus igno-  
rat: & ideo credens eos recte agere, non per-  
mitteret alium illius ordinis illum ingredi  
locum: & sic ille Frater putabit se in hoc ab-  
solutum ab obedientia sui Prelati: & sic for-  
te ibi plus suis prouidebit consanguineis, &  
amicis, vel alias, ab istis miseriis ladiis, pecu-  
nias, aut alia extorquebit indebite, quam cu-  
ram exerceat animatorum, sciente hoc suo Pre-  
lato, & non valente remedium adhibere, pro-  
hibente Episcopo, ne aliquis alius sui ordinis  
illuc